



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Agenda Ecclesiae Paderbornensis**

**Dietrich <Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1602**

Explicatio Kalandarij.

**urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3**

BREVIS EXPLICATIO EORVM,  
QVAE AD NOVI CALENDARII RA-  
TIONEM PERTINENT.

**A** Vamuis Cyclus Aurei numeri quoad congressus Solis & Lunæ, seu Nouilunia, vñ vocant, & festa mobilia inquirenda, non amplius inseruiat; ut ilista-men & necessarius est ad Epactam cuiusvis anni inuestigandam. Qua inuenta & littera Dominicali cognita (de qua in Cyclo Solaris inferius) facillimè, & Nouilunia, & festum Paschæ, & reliqua festa mobilia ex Calendario, vel eorum de festorum tabulis perpetuis infra subiectis cognoscuntur. Cùm igitur huius rei cognitio Parochum fugere nō debeat, paucis, quoad eius fieri potest, modus & usus illius ob oculos ponetur. Et primò quidem, quid aureus numerus sit, & quā ratione inagandus; tum, quid Epacta; & quomodo ipsa in annis futuris, hoc est, ab anno currente 1602. usque ad annum Domini 1699. inclusuè elici possit. Deinde, quis Cyclus Epactarum Aureo numero ad eundem usq; annum 1699. inclusuè responsurus. Posthunc enim annum, Epactæ, pro anni Solaris & Lunaris magnitudine, alio modo se habebunt, vt ex Gregoriano patet Kalendario. Demum, quid Cyclus Solaris sit, quidq; ipsa Indictio, aperiatur, & quomodo etiam hæc inuenienda; ne quid à rudioribus desiderari possit.

DE AVREO NUMERO.

**A** Vreus numerus est reuolutio numeri 19. annorum ab 1. usq; ad 19. ita, ut singulis annis singuli numeri attribuatur, qua reuolutione peracta, iterum ad unitatem redditur, hoc quo sequitur modo:

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

I ncepit autem à primo die Ianuarij, & finitur ultimo die eiusdem anni.

Qua ratione numerus Aureus singulis annis citra laborem inuestigari possit.

**A** Nnis Domini ad unitatem, (nam Christus natus est anno